



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Quæ auocent à confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

200 DE FREVENT.
prætermissione ullius peccati: humiliſ:
ut quod ore dicitur, int̄ mē in corde ſe-
tiatur.

Quintus gradus.

Castigatio carnis, quæ cum facultate
Confessari fieri debet, ad effugientiam
vanam gloriam. Deinde occulte, ut ſai-
stra netciat, quid faciat dextra. Tertiō
discretē, quoad feret valetudo & infi-
mitas corporis.

Sextus gradus.

Correctio operum, & primò Lingue
ne loquatur de rebus malis. Secundò
motuum sensualitatis, illos refrenan-
do. Tertiō malorū hominum, corripi-
do illos, nec tolerando, vt in conspectu
tue iustitia opprimatur.

Septimus gradus.

Perseuerantia in bono: quam confe-
quere, si perpendas præmiorū æquac-
suppliciorum aeternitatem, si primitias
spiritus, aliaq; dona à Deo tibi donata.

QVÆNAM AVOCENT HO-
minem à Confessione.

PRIMO, Pudor in patefaciēdis pec-
catis. Cui opponi debet: Confefla-
rium locum tenere Dei, cui omnia ſunt
nota: & quod in die Iudicij omnia pa-
tefient,

II. Ti-

II. Timor Poenitentiae. cui opponenda sunt poenæ æternæ inferni..

III. Ne habeatur improbus, vel iacturam faciat rei temporalis. Cui opponi debet iactura bonorum cœlestium.

III. Desperatio de cauendis peccatis, maximè incontinentiae. Cui opponendum est propositum de cætero nō pecandi. Gratia, quæ recipitur in Sacramento, & Orationes Confessarij.

Origenes ait: Diligentes attende, cui peccata tua confitearis. Quære medicum bonum animæ tuæ, qui norit cum infirmis infirmari, cum flentibus flere, & modum habeat alijs compatiendi. Quod si Medicus fuerit exercitatus, & misericors, sequere eius consilium, & licet medicinam aliquando præberet amaram, noris id illum facere, ut te facilius restituat sanitati.

S. Hieronymus inquit: Si serpens diabolicus quempiam mordeat oculum, & ille tacuerit, nihilque dixerit medico, non reualescet. Nam medicina non sanat eum, qui eam non cognoscit.

S. Ambrosius asserit, Christianum peccata sua cælantem, similem esse vulpi, quæ ad fraudem faciendam delitescit in specu.

Petrus Blesensis scribit, Infirmos pruden-

K 5

den.

192 DE FREQUENT.
dentes non verecundari, etiam in partibus corporis secretis mala sua ostendere, & tu animæ tuæ mala non vis ostendere Confessio?

S. Augustinus, sicut apostolus patet, etum detumescit, & saniem ejicit, unde sequitur sanitas: sic qui vlcus animi per Confessionem aperit, sanitatem ei recuperat,

FRVCTVS CONFESSI^{ONIS}

1. Remittit peccata.
2. Confert gratiam.
3. Commutat poenam æternam in temporalem.
4. Expiat partem poenarum temporalium.
5. Mentem refrænat, & conscientiam tranquillat.
6. Recuperat amissi bona.
7. Ex attrito facit contritum.
8. Animæ restituit sanitatem.
9. Exhilarat totum paradisum.
10. Lucifer communionem Sanctorum.
11. Semper aliquid boni à Confessario discit.
12. Contristat vehementer Satanam.
13. Angelum custodem exhilarat.

AD